Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire

ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 36 (1942)

Artikel: Trois règlements pour le clergé de la Collégiale de Soleure au début du

XVIIe siècle

Autor: Waeber, L.

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-125930

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 03.12.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Trois règlements pour le clergé de la Collégiale de Soleure au début du XVII^e siècle

Par L. WAEBER.

Les trois règlements que nous publions sont empruntés à un manuscrit des archives de l'Evêché, à Fribourg ¹. C'est un cahier de 20 pages, ou, plus exactement, ce sont, réunis par quelques points de couture, deux cahiers : l'un de 12 pages, contenant les deux premiers règlements, et un deuxième de 8 pages, qui renferme le troisième. Le tout a été écrit de la même main, vraisemblablement au moment de la promulgation de la troisième de ces constitutions, ou à une date de peu postérieure : donc en 1616 ou quelques années après.

D'une écriture plus petite — particulièrement fine et soignée pour les 2e et 3e règlements — a été ajouté en marge le résumé, en un mot ou deux, du contenu de chaque article. Cette annotation se trouve en regard de la première ligne de chaque numéro. Exceptionnellement, lorsqu'un article est plus long ou aborde deux sujets distincts, une nouvelle indication marginale se lit en dessous de la première. Pour simplifier, nous avons reproduit ces annotations, en tête de chaque article, en caractères italiques. Nous avons omis, par contre, les quelques « nota » ou « notandum », insérés également en marge par l'annotateur pour rendre le lecteur attentif à certains articles regardés comme plus importants.

Les numéros se trouvent dans le manuscrit.

Nous reproduisons le texte tel quel, sans rien changer à l'orthographe. Nous avons simplement supprimé un certain nombre de majuscules et modifié parfois la ponctuation, notamment lorsque, dans l'original, était séparée de la phrase principale, par un point, une ligne destinée à la compléter ou à l'expliquer; nous avons substitué un point-virgule à ce point, afin de ne pas donner à la ligne en question l'aspect d'une phrase incomplète.

¹ Cartable Soleure, liasse Visitatio episcopalis, 1re pièce.

I. Le règlement de 1603

Ces premiers statuts sont intitulés, dans notre manuscrit : « Charta sive pagina visitatoria ¹ ». Ils débutent par un petit aperçu historique ², qui rappelle la visite pastorale faite à Soleure par Mgr Doroz, au début de novembre 1602, la conviction qui en résulta pour l'Evêque de la nécessité de certaines réformes, les propositions qu'il fit oralement à ce sujet au Chapitre et au Conseil de Soleure, et l'envoi, plus tard, des statuts définitifs. Suivent les 33 articles concernant la réforme du clergé de la Collégiale de Saint-Ours. Ils furent, est-il dit en terminant, adressés au Chapitre de Soleure en date du 5 mai 1603.

Les chanoines en prirent connaissance lors de leur séance capitulaire du 18 juin 1603 ³. Ils ne semblent pas avoir fait de difficultés à accepter ceux qui avaient trait à la réforme proprement dite. Par contre, la contribution financière qui leur était demandée en vue de la publication du bréviaire lausannais ⁴, et plus encore la création d'une sorte de vicaire général pour Soleure, ainsi que d'un doyen, innovations jugées contraires aux droits du Prévôt et du Chapitre, les engagèrent à en référer au gouvernement, selon l'ordre, ajoutaient-ils, que leur en avaient donné les deux avoyers. D'avance, ils déclaraient accepter ce qui aurait l'agrément de Leurs Excellences.

Sur ces dernières questions tout au moins, les propositions de l'Evêque se heurtèrent à un refus. Il ne s'en cache pas dans le mémoire qu'il envoya au Saint-Siège en 1605 ⁵, si bien que l'on peut se demander si les statuts qui vont suivre ont été acceptés intégralement par le

 $^{^{1}}$ En marge, en sous-titre : « Statuta reverendissimi Episcopi Joannis Dorothei. »

² Dû, vraisemblablement, à la plume du vicaire général, Antoine Dupasquier ou Von der Weid (a Pascua), qui a signé ces statuts de 1603, et qui avait accompagné Mgr Doroz à Soleure. On trouvera des détails sur cette visite dans cette Revue, 1939, p. 325 sq.

³ P. 287 du Stiftsprotokoll de 1590 à 1623 (N° 141 des archives du Chapitre de Saint-Ours, conservées maintenant aux archives d'Etat de Soleure). Nous avons cité, dans cette Revue, 1939, p. 326, n. 6, le texte original (allemand) du manual capitulaire de Soleure, qui contient les réflexions suggérées aux chanoines de Saint-Ours, à la réception de ces statuts.

⁴ De ce versement d'argent, il n'est pas question dans le règlement de 1603, mais l'Evêque en avait parlé alors qu'il séjournait à Soleure, et il en était probablement de nouveau question dans la lettre qui accompagnait l'envoi des présents statuts.

⁵ Dans cette Revue, loc. cit., p. 326 sq.

Chapitre de Soleure. Les voici, tels qu'ils se présentent dans le manuscrit des archives de l'Evêché de Fribourg :

Die ultima Octobris anni MDCII, R^{mus} Dominus D. Joannes Dorotheus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus et Comes Lausanensis, sacri Imperii Princeps, Solodorum appulit, ubi iuxta portam a Clero et Senatu ac populo honorifice acceptus, ac sub baldachino seu pallio ad ecclesiam collegiatam et parochialem S. Ursi, Clero cantante, deductus, missaque audita, ad Clerum et populum peroravit, ac sui adventus causam, (visitationis quippe gratia) paucis significavit. Tandem a venerando eiusdem ecclesiæ Præposito, Clero comitante, humaniter hospitio exceptus fuit.

Administratio sacramenti Confirmationis. Die vero prima Novembris, omnium Sanctorum solennitati sacra, maiorem missam in eadem ecclesia pontificaliter celebravit, peractoque eiusdem festi divino officio, ac mane subsequentis, die Commemoratione omnium defunctorum habita, tandem Confirmationis sacramentum populo, ad illud reverenter suscipiendum a ven. D. Melchiore Rotundo ¹ præfatæ ecclesiæ Concionatore et Custode antea præparato, conferre cæpit, adeo ut hoc et aliis quinque subsequentibus diebus, quatuor plus minus Ditionis Solodorensis fidelium millia illud susceperint ².

Reformatio. Interim vero quæ eo pendente et intempestivis horis aliqua reformatione opus habere depræhendit idem Reverendissimus, propter intermissam ab hominum fere memoria visitationem, paucis ipsi Capitulo et splendidissimo Senatui Solodorensi, in iis quæ ei communicanda videbantur, viva voce et tandem scripto exposuit, ac ea quæ ipsum Capitulum concernunt, sequentibus articulis summatim complexus est.

- 1. Eucharistia. Atque hoc inprimis, quod quamvis sacrosancta Eucharistia satis honeste recondita sit, tutius tamen et honorificentius in tabernaculo ligneo, ad medium altaris posito, poterit collocari³; quod iam se propediem facturos sunt polliciti, deliberationi de pingenda et deauranda tabula altaris antea sumptæ inhærentes.
- 2. Tabernaculum. Eoque tabernaculo perfecto, armarium in quo iam ⁴ conservatur, ad sacra olea, calices et alia quædam vasa sacra reponenda
- ¹ Melchior Rund, Lucernois, prédicateur à la Collégiale de Saint-Ours de 1594 à 1620, et chanoine depuis 1595. Il devint, en 1621, prévôt de Schönenwerd et mourut en 1642, âgé de 77 ans (P. Alex. Schmid, Die Kirchensätze, die Stiftsund Pfarr-Geistlichkeit des Kantons Solothurn, Soleure, 1857). C'est à ce répertoire que nous empruntons les renseignements biographiques concernant les différents ecclésiastiques dont il est question dans les statuts que nous publions.
 - ² Le Stiftsprotokoll dit: « environ 2000 » (p. 271).
- ³ On sait que, avant la disposition actuelle, qui prévoit un tabernacle sur l'autel, les saintes espèces étaient conservées dans une niche pratiquée dans le mur, du côté de l'évangile (l'almaiolum ou ciborium dont parle si souvent la visite de 1453). On voit, par l'article 2, que cet armarium devait, dans la suite, renfermer les saintes huiles et les vases sacrés.

⁴ Sous-entendu: Eucharistia.

usui esse poterit. Interim autem sit velum sericum ad cratem ferream seu portam eiusdem armarii, ne pulveribus aut aliis immunditiis vas sacrosanctæ Eucharistiæ conspurcetur. Nihilque præter illud ibidem reponatur, sed olea sacra alibi honeste recondantur 1.

- [p. 2.] Lampas. Lampas coram ipsa Eucharistia semper ardeat. Vasi in quo est recondita, corporale aliquod supponatur.
- 3. Baptisterium. Fontes baptismales ita reformentur, ut infante baptisato, aqua super eum fusa et honeste in pelvi recepta minimo negotio in piscinam effundatur; et quæ ad externum fontium ornatum pertinent omnino procurentur.
- 4. Duo libri. Libri baptismorum et matrimoniorum fideliter conscribantur, et singulis annis auctoritate nostra visitentur.
- 5. Reliquiæ sanctorum. Quo maior est beatorum Ursi sociorumque eius ac Thebæorum martyrum in eadem ecclesia reliquiarum copia, eo decentius et diligentius asserventur et religiosius colantur; nec incertæ certis et saltem per traditionem cognitis misceantur.
- 6. Altarium cancelli. Altaria sint septa cancellis honestis et ita capacibus, ut clerico ministranti cum sacerdote sufficiant. Eorum tabulata², quæ altiora, latiora vel strictiora, quam par sit, pedibus sacerdotis offendiculo esse possunt, reformentur.
- 7. Altare Mariæ Magdalenæ. Et in eo altari, cuius mensa maiori ex parte lignea est, caveat celebrans, ne quandoque calicem aut hostiam extra lapidem reponat; aut, quod tutius esset, lignum in eiusdem altaris anteriori parte ita imminuatur, ut nulli prorsus ea in re sit periculo locus.
- 8. Confessionalia. Erigantur scamna confessionalia in loco aperto, in quo tam sacerdotes quam confitentes videri possint, usque ad eum numerum, qui confessariis et pænitentibus sufficere possit, in quibus sint fenestrellæ ferro minutis foraminibus pleno, et tela tenui nigri coloris a parte confessarii munitæ, adeo ut confitentis frontem nequeat sacerdos intueri³.
- 9. Sedilia populi. Subsellia quoque seu sedilia virorum et mulierum sic saltem distinguantur, ut illorum sint a dextris, istarum vero a sinistris ingressus ecclesiæ, ita decenter ornata, ut nec impediant nec dedeceant.
- ¹ Remarque qui revient souvent dans les visites de cette époque, de même, et plus encore, celle du numéro suivant, au sujet de la lampe du sanctuaire.
- ² Dans un petit extrait, sur feuille à part, dû à la main de notre copiste, celui-ci résume comme suit le contenu de cet article 6 : « Altarium schabellæ seu tabulata. »
- ³ Il est intéressant de rapprocher de ces prescriptions sur les confessionnaux celles que donne Bonhomini, en 1579, dans ses *Decreta generalia in visitatione Comensi edita*, p. 97 : « In tabulæ dividentis medio fenestella fiat latitudine medii cubiti, et altitudine paulo maior; cui fenestellæ ferri lamina affixa sit minutis foraminibus plena, et tela tenui præterea nigri coloris a parte confessarii apposita, ut nequaquam confitentis faciem aspicere confessarius possit. »

- 10. Breviarium Romanum. Interim dum de Missali et Breviario ad instar Romani, quoad eius fieri poterit, de novo excudendo ad usum Diœcesis Lausanensis tractatur, ubi alia deficiunt, liceat Romanis uti, sanctis tutelaribus additis ¹.
- 11. Missæ. Missæ propter horas canonicas vel alia divina officia non rescindantur, [p. 3.] sed unico contextu, iuxta Concilli Tridentini præscriptum, absolvantur.
- 12. Communicatio. Dum magnus erit communicantium numerus, communio eis non iuxta chorum, sed in loco remotiori (adeo ut divinum officium interturbari nequeat) durante missa maiori non ² administretur.
- 13. Eucharistia. Vas in quo iacet SS. Eucharistia nunquam a parocho unica, sed utraque manu extra tabernaculum deferatur.
- 14. Coadiutores. Habeat parochus certos coadiutores, pro ratione multitudinis parochianorum, a nobis vel Vicario nostro generali aut nostras vices gerente, postea nominato, approbatos.
- 15. Matrimonium. Nec ullum, nisi confessum et tribus denunciationibus factis, ad matrimonium contrahendum admittat sine dispensatione; nec intra quartum consanguinitatis aut affinitatis gradum, aut inter personas propter cognationem spiritualem a Concilio Tridentino prohibitas, nisi cum dispensatione Summi Pontificis, aut Ill^{m1} sui Legati.
- 16. Tonsuræ. Incedant sacerdotes in tonsura et habitu, tam coloris quam formæ habitus ratione.
- 17. Puerorum confessio. Plures etiam simul pueri septem annorum ad Confessionem non admittantur.
- 18. Concubinæ. Arceantur omnes concubinæ sub pænis Concilii Tridentini, sess. 25. cap. 14.
 - 19. Spurii. Nec suos liberos secum habitare patiantur.
 - 20. Divina officia. Divina officia et piæ fundationes persolvantur.
- 21. Concordia Cleri. Pax et concordia in Clero, et inter populum et Clerum vigeat, rixæque si quæ sint sedentur.
- 22. Convivia. Cessent convivia in Schola ³ seu tribu sacerdotum in Quadragesima et diebus Veneris; et omni tempore moderentur quæ fiunt, exclusis laicis.
- 23. Investitura. Nullus sine canonica institutione, aut sola laicorum, etiam patronorum auctoritate, beneficium ecclesiasticum retinere possit; nec duo simul curam animarum habentia, nisi legitime unita, aut cum canonica dispensatione.

¹ Sur cette question de l'introduction du bréviaire romain à Soleure, cf. cette Revue, 1939, p. 328, n. 3.

² Ce non est évidemment de trop.

³ Soit l'école qui se trouvait dans l'ancienne maison des chapelains, en dessous de la collégiale (renseignement fourni par M. le D^r Kælin, archiviste).

- 24. Catechismus. Doceatur a parochis, vel aliis idoneis sacerdotibus ad hoc electis, ca[p. 4.]techismus, Dominicis et aliis festivis diebus.
- 25. Fidei confessio. Nullus ad præposituram vel canonicatum ecclesiæ collegiatæ vel ad regimen parochialis ecclesiæ, nisi coram nobis seu nostras vices gerente aut Capitulo vel Præposito respective, fidei professione emissa, admittatur.

Idem fiat et a ludimagistris in manibus dicti vices gerentis, antequam docendi munus aggrediantur.

- 26. Ab hæresi absolutio. Absolutionem ab hæresi et librorum prohibitorum lectione, iuxta potestatem nobis a Sancta Sede commissam, præfato D. Melchiori Rotundo delegamus; ut et sacerdotum pro sacramentorum administratione approbationem.
- 27. Episcopi vicesgerens. Rationes reddendæ. Assessores. Et ne propter nostram, aut Vicarii nostri generalis absentiam, vel locorum distantiam, aut itineris difficultatem, illa ditionis Solodorensis, aut Novi Castri pars ¹, qnæ nostræ est Diœcesis, aliquid detrimenti patiatur, eundem D. Melchiorem Rotundum, in solatium Cleri et populi, nostrum creavimus et creamus vicesgerentem, cum potestate ad hoc necessaria; et latius, si opus sit, per mandatum authenticum exprimenda, ut in nostra, seu eiusdem Vicarii nostri absentia, in locis præmissis ea libere uti possit. Ita tamen ut singulis annis, aut quoties a nobis fuerit requisitus, eorum quæ gesserit rationem reddere teneatur; et in gravioribus negotiis eosdem venerandos Dominos Præpositum et Gregorium Pfaw ², eiusdem ecclesiæ canonicum et Cantorem, in assessores assumere.
- 28. Obedientia. Cui quidem Domino Præposito aut eius locumtenenti omnem debitam a canonicis, capellanis et aliis sacerdotibus præstari obedientiam, mandamus et præcipimus.
- 29. Absolutio. Eisdemque Dominis Præposito et Cantori Panonio³ absolvendi a casibus nobis reservatis potestatem facimus.
- 30. Pænitentiarius. Ipsumque dominum Cantorem Panonium, pænitentiarium nostrum in partibus supra dictis creamus, cum potestate ad hoc necessaria.
- 31. Decanus ruralis. Ac ibidem Decanum nostrum ruralem deputamus ven. D. Herardum Schvaller 4, canonicum Solodorensem; ita tamen, ut singulis annis in Synodo diœcesana comparere teneatur, et sui muneris, si rogatus fuerit, rationem reddere.
 - ¹ Les deux paroisses de Cressier et du Landeron.
- ² Grégoire Pfau (celui que l'article 29 appelle *Panonius*), originaire de Baden, d'abord chapelain à Soleure (1596), puis, l'année suivante, après quelques mois passés comme curé à Oberdorf, plébain à la Collégiale de Saint-Ours. Il en devint chanoine en 1601, puis prévôt en 1623. Il mourut en 1631.
- ³ Panonio est, dans le manuscrit, ajouté au-dessus du mot : cantori ; de même au numéro suivant.
- ⁴ Erhard Schwaller, Soleurois, curé d'Oberdorf en 1588, puis de Flumental en 1594 et, en 1597, chanoine-résidant de Saint-Ours, dont il était déjà chanoine non-résidant depuis quelques années. Il mourut en 1611, à 47 ans.

- 32. Executores statutorum. Eorum autem omnium, quæ supra scripta sunt, et ipsius Capituli corpus concernunt, [p. 5.] executores præfatos Præpositum et Rotundum, ac eorum quemlibet, committimus.
- 33. Vices gerens. In aliis vero idem Rotundus, auctoritate nostra, tanquam vices gerens, ut præmissum est, utatur.

Confirmatio. Atque ut omnibus præmissis indubitata fides adhibeatur, præsentibus subscripsimus, easque sigillo nostro maiori munivimus, ac per Cameræ nostræ episcopalis secretarium subsignari iussimus, easque ad præfatum Capitulum Solodorense, absoluta fere nostræ Diæcesis visitatione generali, tandem transmisimus, die quinta Maii, anno supra millesimum sexcentesimo tertio. Subscriptum Joannes Dorotheus, Episcopus Lausanensis, et subsignatum de mandato eiusdem perillustris et R^{m1} Domini Episcopi et Principis præfati : cum impressione sigilli maioris eiusdem R^{m1} Domini ¹.

Pro copia sumpta a vero originali per me subscriptum Cameræ episcopalis.

J. Malliard, secretarius ²

Ant. a Pascua Vicarius generalis.

Locus sigilli.

II. Le règlement de 1609

Mgr Doroz était mort le 13 septembre 1607, dans son prieuré de La Chaux les Clerval, en Bourgogne. Antoine Dupasquier qui, depuis la démission de Werro, soit à partir de 1601, remplissait les fonctions de vicaire général, fut avisé, par une lettre dont le Petit-Conseil prit connaissance le 21 novembre 1607, que la Savoie allait présenter, comme Evêque de Lausanne, Jean de Watteville 3. Le Duc prétendait avoir ce droit. Rome estimait au contraire que, depuis la conquête du Pays

- ¹ Cette dernière phrase n'est évidemment pas la copie littérale de l'original, mais plutôt la description de la signature et du sceau dont il était muni. L'adaptation provient probablement non pas du copiste auquel est dû le texte conservé aux archives de l'Evêché, mais de Jean Maillard, secrétaire épiscopal de Mgr Doroz, l'auteur de la transcription que notre copiste avait sous les yeux.
- ² Cette signature, ainsi que la suivante, sont de la même main que le reste du règlement, mais d'une écriture qui, pour se conformer à son modèle, est intentionnellement altérée.
- ³ Choix très compréhensible, puisque Jean de Watteville, qui n'était pas encore entré dans les ordres en 1602, avait, à cette date, pris part à l'Escalade à Genève et s'y était même brisé la jambe en tombant des remparts, accident dont il demeura boiteux pour le reste de ses jours. (P. Schmitt, Mémoires historiques sur le diocèse de Lausanne, t. II, p. 423.) Cette candidature ne devait pas, d'autre part, rencontrer de l'opposition à Fribourg, puisque, depuis la rupture, à la suite de la Réforme, de la combourgeoisie entre Genève et Fribourg, notre ville s'était de nouveau rapprochée de la catholique Savoie.

de Vaud, c'était à elle exclusivement que revenait la nomination de l'Evêque du diocèse. Parfois, le Saint-Siège accepta néanmoins la présentation faite par le duc de Savoie. Dans d'autres cas, il passa outre, ou plutôt, il prit les devants. Il agréa, cette fois-ci, la candidature offerte, mais il y mit du temps : les bulles ne furent, en effet, envoyées à Jean de Watteville que vers le début de 1610 ¹, et ce n'est que le 18 avril de la même année que celui-ci reçut la consécration épiscopale ².

En attendant, Antoine Dupasquier continuait à remplir les fonctions de vicaire général, ou plutôt de vicaire capitulaire, et c'est donc à ce titre qu'il procéda, en 1609, à la demande du Nonce, à la visite de la collégiale de Saint-Ours.

Les chanoines de Soleure discutèrent, en séance du 12 février 1609, de l'arrivée prochaine du vicaire général et du logement qui lui serait attribué ³. On lit, d'autre part, au procès-verbal de la séance capitulaire du 27 mars, que le vicaire général, après avoir terminé la visite, réunit le clergé, donna lecture des actes et constitutions qu'il avait élaborés au sujet de la réforme à entreprendre, statuts qui avaient été acceptés par Leurs Excellences et qui furent agréés également par le Prévôt et le Chapitre, à l'exception de deux ou trois articles, qui furent soumis à nouveau au vicaire général pour être modifiés. Le protocole ajoute que ce dernier fit droit, en partie, à ce désir, et il renvoie au texte officiel des constitutions ainsi retouchées ⁴. La pièce originale n'est malheureusement pas conservée à Soleure. Voici du moins le texte que reproduit le manuscrit des archives épiscopales de Fribourg :

Acta Reformationis Cleri Solodorensis habitae ab admodum reverendo D. Anthonio a Pascua, Episcopatus Lausanensis Vicario generali ac officiali. Anno 1609, die 20. Februarii ⁵.

- 1. Confessio. Cum Pænitentiæ sacramentalis defectus causa sit cur quotidie in peius ruat peccator, cumque, proh dolor, animadvertamus,
- ¹ L'évêque élu écrit, le 12 mars 1610, de La Charité, au gouvernement de Fribourg, pour le remercier des félicitations que celui-ci lui avait adressées. Il s'excuse de n'avoir pas répondu plus tôt, mais il a voulu attendre d'avoir reçu, de Rome, la confirmation de sa nomination (Arch. canton. Fribourg, Correspondance des Evêques).
 - ² P. SCHMITT, op. cit., p. 424.
 - ³ Stiftsprotokoll, p. 586.
- ⁴ Ibid., p. 588.

⁵ Ce 2^e règlement débute à la p. 7 du manuscrit (la page 6 n'a pas été utilisée). A gauche du titre, le copiste a écrit, en caractère plus gros : « Secunda charta visitatoria. »

nonnullis quasi innatum, ut nihil minus quam delicta, in quibus indies invalescere cernuntur, Confessione expiare cogitent, Nos huiusmodi hominum animis consulentes, in primis statuimus, præcipimus ac mandamus, ut reverendi Domini tam canonici quam sacellani ecclesiæ collegiatæ S. Ursi Solodori, nullo excepto, ad minimum semel in mense, peccata sua confiteantur, aut reverendo D. Plebano, aut ordinario pænitentiario, aut in monasterio reverendorum Patrum Conventualium ordinis S. Francisci, intra dictæ civitatis muros constitutos, aut apud reverendos Patres Capuzinos confessarium sibi eligant.

- 2. Shædulæ. In cuius rei testimonium schædulas cuiusque confessionis expetant, singulis quatuor temporibus, reverendo Domino locum tenenti Statthaltero (sic enim appellamus eum ¹) in capitulo offerendas, quas ipse postmodum proxima visitatione nobis, subdelegatis ac successoribus nostris exhibeat; idque sub pæna arbitraria.
- 3. Celebratio, Ut sancti sitis sacerdotes Altissimi, quoniam et ipse sanctus est, ab unoquoque Deus clementer avertat, sed et quisque sedulo caveat, ne ad tremendum missæ sacrificium celebrandum mortalis peccati sibi conscius accedat, sed mentem puram et attentam ad tanti sacramenti mysterium perficiendum afferat, absoluto ad minus Matutino cum Laudibus, prius se Deo reconcilians, aliquantulum orationi vacet ².
- 4. Confabulationes vitandæ in sacristia. Quare in sacristia, qui locus non minus interiori quam exteriori præparationi destinatus est, confabulationes, risus, inquisitiones rerum novarum gestarumque in civitate, collationes et tractationes, omniaque alia, quæ et sacerdote et divinissimo mysterio peragendo, sacro et ecclesiæ loco, ac tempore Dei servituti destinato indigna sunt, maxime dum iam nunc ad altare accessuri, sacris se vestibus induunt, diligenter devitent.
- 5. Missæ non rescindantur. Nec attentet in posterum ullus missas quæ cantantur (præsertim propter horas aliaque officia ac negotia) rescindere, sed quæ consueta et ordinata sunt reverenter ac devote persolvantur.
- 6. Cæremoniarius. Et ut omnes decenter et uniformiter missas celebrent, ex canonicis Cæremoniarius sit, qui rubricas generales Missalis Romani sæpius perlegat, ut alios in celebrando bene moneat et informet.
- [p. 8] 7. Imago Crucifixi. Observetur quoque, quoad fieri potest, ut celebrans in altari imaginem Crucifixi ante se positam habeat.
- 8. Cæremoniæ solennes. In solennitatibus etiam cæremoniæ ordinatæ teneantur.
- 9. Custos. Custos rerum ad sacristiam pertinentium ex capellanis coadiutorem habeat, qui altaria curet, ut munda sint et bene ordinata.
- Dupasquier donne ici une forme latine au terme allemand de Statthalter,
 et le mot reviendra dans la suite, avec diverses variantes que nous respecterons
 dans la manière de l'écrire.
- ² On trouve des prescriptions analogues dans les Décrets publiés pour le diocèse de Côme par Bonhomini (op. cit. p. 176).

Summum altare colore rubricis conveniente vestiat, pannum superiorem super quo missa celebratur, singulis mensibus mutet. Est enim valde indecens, talibus mensam Domini pannis cooperiri, quales quisque in corporali refectione fastidiret. Tabernaculi (cum positum fuerit in altari 1) ipse, et non secularis aliquis curam habeat, illud vel cooperiendo, vel deponendo.

- 10. Modus psallendi. Horas canonicas officiumque defunctorum atque alia ad ecclesiasticum ritum spectantia, tam intra quam extra chorum, tam in feriis quam et aliis diebus, non citi, vagi, garruli, sed attenti, graves et modesti cantent aut recitent. Mentem etiam prius ad Dei laudem præparent. Longius quam alii, nullus in choro protrahat, vel citius abrumpat, sed pariter omnes finiant. Alter chorus non prius incipiat, quam alter suum versum absolverit. Paria Breviarii puncta servent; in medio versus decenter pausent; non vocibus dissonent, non propter tonos litigent; non discurrant in choro nec colloquantur, nec alter alterum ad ridendum incitet, ne et astantem populum ad ridendum permoveant, vel scandalum ei præbeant. Quare pensum suæ servitutis, summa qua poterunt honestate gravitateque absolvant; non utcunque versus suos permurmurantes, supprimentes, præcipitantes, aures ad chorum, cor ad Deum dirigant, ne maledicti sint, dum faciunt opus Dei negligenter.
- 11. Defectus corrigendi. Quoniam vero fieri non potest ut singuli defectus singulæque pænæ in specie literis consignentur, proinde nos reverendo Domino Stalthero præcipimus, ut ipse in quosvis, quomodocunque delinquentes, studiose animadvertat, moneat, ac prout iustum et æquum fuerit puniat. Nos præsenti scripto aliquos peculiares saltem defectus exprimemus, quibus etiam suas pænas statuimus.
- 12. Distributiones quotidianæ. Pecunia ex neglectis chori collecta cedat in utilitatem præsentium, non autem ab horis exemptorum, qui sunt Præpositus et Ecclesiastes².
- 13. *Mulctæ*. Pecunia ex aliis quibuscunque pænis, tam a nobis in sequentibus articulis expresse positis, quam etiam ex reverendi Domini Stathaltheri arbitrariis pænis collecta, cedat in necessitatem et utilitatem sacristiæ et fabricæ ecclesiasticæ.
- 14. Absentes. Quotidiana distributio. Absentes igitur sine licentia reverendi Domini Stathaltheri ab horis et officiis, quibus interesse debent, notentur, et debita mulcta puniantur: pro Matutino, 2 bazii; pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet istarum horarum, 1 bazius; pro summo sacro, 1 bazius; pro Vesperis, 1 bazius; pro Completorio, ½ bacius. Aut si venerabili Capitulo magis placuerit tractare de eo, quomodo se conforment SS. Concilio Tridentino in præsentibus pænis ab eodem constitutis, cap. 3. de reformatione, sess. 21., et cap. 3. de reformatione, sess. 22., et cap. 15. de [p. 9] reformatione, sess. 24.
- 15. De concubinatu. In priore visitatione ab Ordinario Solodori facta ³, serio mandatum fuerat, ut omnes concubinæ omnesque suspectæ mulierculæ

¹ Cf. p. 41 n. 3. ² Le prédicateur. ³ Cf. ci-dessus, p. 43, art. 18.

removerentur, quod tamen, proh dolor, a quibusdam satis remisse observatum fuit. Quare cum hoc ipso nihil magis sacerdotem dedeceat, fructum in populo nihil magis impediat, nec quicquam aliud sectarii nostri plus prædicent, idem omnibus, tam intra quam extra Civitatem constitutis, severe denuo præcipimus ac mandamus sub pænis in SS. Tridentino Concilio, sess. 25., cap. 4. 1 recitatis.

- 16. Cohabitatio inhonesta. Ad hæc, si quis de alia quacunque non domestica aut non cohabitante suspectus aut diffamatus fuerit, a R. D. Stalthaltero pæna carceris aliisque arbitrariis pænis puniatur.
- 17. Hospicia vitanda. Si ullibi inter homines delinquendi est occasio, reperitur illa sane in cauponis, conviviis et compotationibus, in quibus cibo potuque incalescentes, incaute quicquid naturæ, Dei et hominum legibus contrarium, pro affectu promptoque nimis corpore perpetramus, ac pleno hianteque ore, quicquid in buccam venerit effundimus.
- 18. Laicorum conversatio. Nimia itaque cum laicis conversatio, convivia, compotationes atque in his immodestia, ioci, cachinnii, verba scurrilia et otiosa, quæ clericis divino cultui mancipatis plane indigna sunt, posthac cessabunt.
- 19. Bonum exemplum. Et quia civitas hæc passim vicina est sectariis, variique homines semper hîc divertunt, ad vitanda ergo innumera scandala, catholicæ religionis et ecclesiasticæ dignitatis præiudicia, præcipimus, ne quis in publicis hospitiis commessationes die aut nocte habeat, nisi honoris gratia ab advena aliquo invitatus socium se illi præbere cogatur, nec tamen diutius quam par est commoretur. Idque fiat cum licentia R. D. Statthalteri. Secus faciens mulctam incurrat 5 baziorum.
- 20. De hæreticis. Intolerabile insuper est, quod clerici cum hæreticis conversentur, ac præsertim inter pocula.
- 21. Convivia. Nuptiarum convivia, quæ non facile honestatis causa recusare possunt, non continuent in ipsam noctem, sed suo tempore domum redeant, ut semper ad Vesperas in choro præsentes sint; delinquentes mulctentur ut supra.
- 22. Schola . Quadragesima. In loco suo quem Scholam ² vocant, ecclesiæ proximo, nulli remaneant, si bibant neglectis Vesperis, nisi rationabili causa et manifesta necessitate aliud facere nequeant, reverendi Domini Staltheri tamen licentiam habentes. Neque ibidem ulli liceat [p. 10] feria sexta, in feriis Quadragesimæ, in Vigiliis et quatuor temporibus compotare. In his deliquens solvet pariter 5 bacios.
- 23. Convivia. Ubicunque etiam in conviviis se habuerint, honestatis ordinisque sui semper sint memores, ne velut temulenti rustici clamitent, vociferentur ac tumultuentur, ut reliquus populus, nihil præter sacerdotum intemperantiam, quod observet, habeat.

¹ Ces peines sont énoncées, en réalité, au chap. 14, de reformatione, de la session 25.

² Cf. p. 43, n. 3.

- 24. Nugæ. Maximo præterea dedecori sibi ducant, scurrilitatibus quibusve, nugis ac facetiis convivia condire, cæterasque cum hominibus conversationes complere. Nugæ enim, ut ait D. Bernhardus, secularibus sunt nugæ, in ore sacerdotis sunt blasphæmiæ.
- 25. Hyemis tempore. Si tempore hyemis, in nocturnis honestis conviviis fuerint, tempestive semper domum revertantur, nec ultra horam nonam commorentur, nec sine lumine per plateas incedant, ut lux boni exempli luceat coram hominibus. Delinquentes puniantur pæna carceris.
- 26. Habitus clericalis. Omnem habitus et ornamenti novitatem fugiant, nec serico vestimento vel alio ornamento domi aut foris utantur; tunicæ eorum sint longæ, superior quidem usque ad talos demittatur, inferior vero (quæ etiam domestica dicitur) ad minimum genua fascesque crurales tegens, cruris medium contingat. Collaria non plicata, sed plana ac simplicia habeant.
- 27. Porta civitatis. Cæterum conquæruntur de quibusdam etiam laici, nonnullos fuisse hactenus solitos in porta Civitatis aliisque locis publicis commorari, et quibusvis præteuntibus (sic) notam aliquam inurere, unde aliqui nonnunquam ipsorum transitum devitant, quod cum turpissimum sit, diligens de cætero animadversio fiat.
- 28. Seniorum mores honesti sint. Cum primis vero decet eos qui aliis præsunt, ut R. D. Stalthalterum, Ecclesiastem et Præpositum, quod verbo dicunt, vita et moribus præstare, ne ubi alios salubriter monuerint, iis prædicaverint atque ad pietatem adducere conati fuerint, ipsi interim in servitute ventris, in scurrilitatibus, ebrietate, æqualibus haustibus, tabernis et diversoriis, in fastu, luxu, avaritia, etc. illis opprobrio fiant.
- 29. Capitula. Reverendus Dominus Stalthalterus singulis quatuordecim diebus capitula celebret, et alias quoque, si necesse esset, illuc vocet. Reverendi Domini canonici atque sacellani diligenter compareant, superioris monita et mandata sedulo observent. In capitulis temere ac irreverenter non obloquantur; [p. 11] cum modestia et honestate sententiam dicant suam; non contendant verbis; correctionibus ac pœnis humiliter atque libenter consentiant atque acquiescant.
- 30. Correctiones. In his, qui deliquerit, in capitulo puniatur. Si vero se non emendaverit, in visitatione proxima pœnas expectet.
- 31. Catechismus. Parochus autem curabit, ne diebus Dominicis lectionem catechismi ullo modo omittat, in qua iuventus rudisque plebs ad christianam iustitiam ac pietatem erudiatur cum fervore ac diligentia etc.
- 32. Residentia. Vacantia beneficia. Compleatur canonicorum numerus, ne ultra duo desint, sed ad minus semper decem resideant, idque non perpetuo, sed tantummodo ad tempus. Reliquorum duorum vacantium præbendæ ad sacristiæ et fabricæ ecclesiasticæ conservationem adhibere licebit, idque pariter ad tempus.
 - 33. Extranei canonici. Præterea residebunt D. Blasius Schneller 1

¹ Blaise Schneller, de Soleure, ordonné prêtre en 1561, occupa divers postes de curé, en dernier lieu, depuis 1593, à Ober Gösgen. Il était en même temps,

- et D. Petrus Dösig¹ intra mensem in ecclesia collegiata sub pœna privationis canonicatus.
- 34. Investitura. Quidam etiam hactenus arrogarunt ius instituendi, quod tamen ad ordinarium loci proprie spectat, iuxta canones. Contulerunt enim institutiones in parochias aliaque beneficia, non habentes instituendi potestatem. Talis institutio nulla est, nec ulli clerico aliquod beneficium ecclesiasticum absque ordinarii sui canonica institutione accipere aut possidere liceat.
- 35. Sacerdotes alterius Diœcesis habeant dimissorias literas, Nullus pariter sacerdos, qui alterius Diœcesis sit, admittatur in hanc Lausanensem, nisi de nostra expressa suique ordinarii licentia.
- 36. Incompatibilia beneficia. Nullus duo beneficia incompatibilia, nisi cum dispensatione SS. Sedis Apostolicæ retinere præsumat.
- 37. De spuriis. Spurii et illegitimi ad ecclesias seu beneficia, a suis parentibus olim possessa, nullo modo admittantur. Quod si qui admissi fuerint, aut repellantur, aut certe dispensationem a SS. Sede Apostolica vel eiusdem Illustrissimo et R^{mo} Nuncio, pro tempore residente, super retentione beneficii petere compellantur. Alias talis beneficii promissio nulla sit, et qui sic eo fruitur, 50 scutatorum mulctam incurrat.
- 38. Ædes etc. Ædes suas quilibet propriis sumptibus conservet, vel certe pro restauratione earumdem certa quotannis summa contribuatur. Contribuat ergo R. D. Præpositus 10 coronatos, quilibet canonicus 5, capellani vero duos cum dimidio.
- [p. 12] 39. Carceres. Pro delinquentibus puniendis in loco apto et in domo aliqua honesti carceres constituantur quamcitius.
- 40. Locumtenens instituitur. Locumtenentem vero et Stathateruml reverendi Domini Præpositi constituimus et creamus R. D. Gregorium Pfaw ² canonicum et Pænitentiarium; cui etiam primus a R. D. Præposito locus tam intra quam extra chorum et Capitulum dabitur. Eique omnes canonicos, sacellanos et quoscunque de Capitulo ecclesiæ collegiatæ S. Ursi dependentes, libenter, hoc est absque resistentia ulla ac murmuratione, obedire volumus ac præcipimus. Imo in Præpositum ipsum animadvertat, delinquentem monebit, monitum et perseverantem mulctabit.

dès cette date, chanoine non-résidant de Soleure (mais il fut le dernier à l'être, note le P. Schmid, op. cit., p. 289). Il mourut peu avant le 27 mars 1609 — donc très peu de temps après l'envoi des présents statuts — âgé de 72 ans.

- ¹ Pierre Dösing, de Baden, chapelain de la collégiale de Saint-Ours à deux reprises (1583 et 1590) et curé de plusieurs paroisses : en dernier lieu, depuis 1593, à Oensingen. Il devint chanoine non-résidant de Soleure en 1601, puis chanoine-résidant dès 1609 sans doute à la suite de la menace formulée, dans cet article, par le vicaire général. Il mourut en 1619.
- ² Cf. ci-dessus, p. 44, n. 2. Le *Stiftsprotokoll*, en date du 27 mars 1609, précise que le chanoine Pfau a été désigné comme *Statthalter* par le vicaire général et par Messeigneurs de Soleure et que Dupasquier lui a désigné la place qui lui revenait à ce titre au chœur et au chapitre.

- 41. De charitate fraterna. Tandem omnes ac singuli inter cætera diligentissime studeant mutuam inter se pacem et tranquillitatem servare, rixas, iurgia, contentiones, odia et convitia et quicquid fraternam charitatem vel leviter offendit, devitare. Sicque pacis atque charitatis vinculo sociati, placitis obsequiis sincere Domino famulentur, et ipsi in vitæ sanctimonia magis ac magis proficiant proximique salutem integerrime conversationis exemplo promoveant.
- 42. Deus igitur pacis ac dilectionis erit vobiscum, si nullus alteri invideat, sed alter alterum debito mutuoque honore præveniat, nemini dantes ullam offensionem, ne vituperetur ministerium vestrum, in omnibus vos exhibeatis sicuti ministros Dei, cui laus, honor et benedictio in sæcula. Amen.

Anthonius a Pascua, Vicarius generalis et officialis, sede vacante etc. 1. Locus sigilli.

III. Le règlement de 1616.

Tout en conservant ses fonctions de vicaire général, Antoine Dupasquier était devenu, en octobre 1609, Abbé d'Hauterive. Un double lien le rattachait dès lors au nouvel évêque de Lausanne : après ses débuts dans la carrière militaire, Jean de Watteville était, en effet, lui aussi, entré dans un monastère cistercien : celui de La Charité, en Bourgogne, et, quelques années plus tard, il en était devenu l'Abbé, sur la proposition du Duc de Savoie, peu de temps avant que celui-ci le présentât au Pape pour l'Evêché de Lausanne ². Le monastère cistercien d'Hauterive, aux destinées duquel présidait le vicaire général du diocèse, était donc appelé, tout naturellement, à devenir le pied-àterre du nouvel évêque, notamment lorsqu'il viendrait faire sa première visite officielle à Fribourg ³.

¹ Pour cette ligne de nouveau, comme à la fin du premier règlement, le copiste a modifié son écriture, vraisemblablement pour faire comprendre que, dans l'original, la signature, mais elle seule, était de la main même du vicaire général.

² Lausanna Christiana, ch. 66, 2.

³ Il avait reçu de Rome, datée du 7 avril 1612, une lettre lui disant que le Nonce en Suisse avait avisé le Souverain Pontife que, sur ses instances, Messeigneurs de Fribourg avaient accepté de recevoir et de défrayer l'Evêque du diocèse, pendant que se poursuivaient les négociations relatives à son entretien, dispositions, ajoutait la lettre, qui prouvent combien est grand leur désir de posséder chez eux leur pasteur, et auxquelles correspondra sans doute, de la part de ce dernier, un égal empressement à se trouver au milieu de son troupeau, « ce qui sera très agréable à Sa Sainteté, qui m'a chargé de vous l'écrire » (Geistl. Sachen 410; la lettre est en italien; elle est écrite par un Evêque.)

En 1613, Antoine Dupasquier fut envoyé officiellement en Bourgogne, pour préparer ce voyage ¹, mais l'épidémie qui régnait alors en notre ville contraignit l'évêque, si ce n'est à retarder son arrivée, du moins à en simplifier l'apparat : il dissuada sa parenté, qui se proposait de l'accompagner, de se mettre en route et il se contenta d'une escorte réduite ². Il arriva à Hauterive le 29 novembre ³ et il fit, très vite après, son entrée dans nos murs ⁴.

Immédiatement s'engagèrent des tractations relatives à la convention élaborée sous l'épiscopat de Mgr Doroz, son prédécesseur, au sujet de la résidence à Fribourg du Chef du diocèse. Un projet avait alors été accepté, en 1603, par Mgr Doroz d'une part et par le gouvernement de l'autre. Il s'agissait, tout d'abord, de constituer la mense épiscopale. D'autres pourparlers, parallèles aux précédents, concer-

- ¹ Il y est fait allusion dans la lettre que Mgr de Watteville écrivit, le 23 septembre 1613, au gouvernement de Fribourg (Corresp. des Evêques).
 - ² RM 164, 23 novembre 1613, et lettre dont parle la note suivante.
- ³ Le mercredi, 27 novembre, de Valangin, en route pour Fribourg, il annonce sa très prochaine arrivée à Hauterive, où il attendra des nouvelles de la part de Messeigneurs (*Corresp. des Evêques*; et RM, 28 novembre, qui précise que l'Evêque arrivera à Hauterive le vendredi suivant, donc le 29).
- ⁴ Et non pas au mois de mars 1613, comme le dit la Lausanna Sacra (Bibl. canton.) p. 74, et comme on l'a répété souvent après elle. Dans une lettre datée du 22 octobre 1613 (Corresp. des Evêques), Mgr de Watteville faisait part, pour la première fois, à Leurs Excellences de Fribourg de son désir « d'aller les visiter ». Le samedi, 23 novembre, le Conseil avait été avisé que l'évêque comptait arriver à Fribourg le mercredi suivant, ce qui ne faisait pas l'affaire de Messeigneurs, puisque, pour les préparatifs nécessaires, il ne restait plus que trois jours, dont deux chômés (le dimanche 24, et le lundi, fête de sainte Catherine, deuxième patronne du canton). Il y eut, en réalité, un peu de retard. L'entrée à Fribourg dut avoir lieu presque immédiatement après l'arrivée à Hauterive, car, dans une lettre écrite de Lucerne le 6 décembre, le Nonce félicitait le gouvernement de la belle réception que venaient de faire à l'Evêque du diocèse Leurs Excellences, le clergé, la bourgeoisie et toute la population (Arch. canton., Corresp. des Nonces; et RM 164, 17 décembre 1613). La Lausanna Sacra donne quelques détails sur cette réception, qui semble toutefois, surtout à cause de l'épidémie qui régnait en ville, n'avoir pas été aussi imposante que Fribourg l'eût souhaité. Messeigneurs avaient envisagé d'abord une procession à laquelle auraient pris part le clergé et les magistrats, et qui, selon l'usage suivi pour ses prédécesseurs, serait allée, au son des cloches, à la rencontre du Prélat jusqu'aux portes de la cité (RM 24 et 26 novembre). Mis au courant de ces préparatifs par son « maître d'hôtel », qui l'avait précédé de quelques semaines à Fribourg, Mgr de Watteville, dans la lettre du 27 novembre signalée ci-dessus, disait qu'il ne s'attendait pas à une réception solennelle ; il s'en remettrait toutefois à ce qui aurait été arrêté par Leurs Excellences. Celles-ci, « puisque Monseigneur ne tenait pas à la procession », décidèrent d'envoyer à cheval à sa rencontre quelques magistrats, auxquels pourraient s'adjoindre les jeunes citoyens qui en manifesteraient le désir (RM, 28 nov.).

naient la construction, à Fribourg, d'une maison destinée à servir de demeure à Mgr de Watteville ¹.

